

Adiuerencias patr.

aufferunt, afferentes quod eis abutintur: alij autem afferūt q̄ multi Indi Octli bene vtun-  
tur, & ex eo magnam recipere utilitatem. R.  
Nauarro in suo Manuali. cap. 23 nū. 91. ad-  
hoc respondet per duo similia, quoniam de-  
similibus idem iudicandum est, cap. Intercor  
poralia de Transla. Epis. Primum simile q̄  
adducit est de taxillis, & aieis & de eorum vē-  
ditoribus, in hoc enim sic distinguens. Aut  
qui talia vendit, illis vendit quos probabili-  
ter credit, aut dubitat q̄ eis abutantur, putā  
malo fine, & male eis vtendo, & talis peccat  
mortaliter. Aut probabiliter credit q̄ eis bē-  
ne vtantur, putā causa recreationis, & non  
peccat is quatalibus talia vendit. Aut vendit  
ea indifferenter omnibus qui ea volūt emere  
& peccat, neq; debet absolui nisi à talium vē-  
ditione abstineat. Ecce primum exemplum.  
Secundum exemplum quod dat Nauarro est  
de iis qui vendunt mulieribus fucos. Quo-  
niam aut eos vendunt illis qui eis bene vtū-  
tur, & tunc non est peccatum, vt putā virgi-  
ni, quæ eis vtitur vt alicui vito placeat, qua-  
tenus eam in vxorem ducat. Idem dicen-  
dum est vidua, & de nuptiis, quæ in hoc vult  
placere viro, ne adulteretur, quoniā mulier

nup